fūdamētū. quō non pereant ſed ſalui
fiant. ſic tamē quaſi per ignē. Obſcu/
ra ē quidem illa queſtio. ſed non poſ
ſum. breuiter dico fratres. ſunt omēs
omnino cōtemptores huius ſeculi. q
non herent dilectiōe aliqua terrenis
operibus: ſʒ caſti. iuſti. ſancti. contine
tes. fortaſſis ⁊ oīa ſua vēdētes: ⁊ pau
peribus diſtribuētes: aut poſſidētes
iſta tēporalia tanq̄ nō poſſidētes. ⁊ vtē
tes hoc mūdo tanq̄ nō vtētes Si talis
ēs. edificas ſuper fūdamētū: videlicʒ
chriſtum: aurum ⁊ argentum ⁊ lapi/
des p̄cioſos Sūt autem alij q reb⁹ in/
firmitati humane cōceſſis iherēt ali/
quantulū dilectiōe. nō capit ille villā
alienā: ſed ſic amat ſuam: vt ſi pdide/
rit conturbeť. Nō appetit vxorē alie
nam. ſed ſic inheret ſue. vt modū non
teneat preſcriptū in lege. videlicet vt
miſceať ei liberorū procreādoꝝ cā. non
tollit aliena ſed repetit ſua. ⁊ hʒ iudi/
cium cum fratre ſuo. contēdit pro reb⁹
terrenis āpli⁹ q̄ꝫ decet euʒ cui pmiſſū
eſt regnū celoꝝ. Nō totū cor ſurſum
eleuat: ſed aliquā ei⁹ ptē in terrā tra/
hit Edificat talis lignū: fenū: ſtipulaʒ
ſuper fūdamētum Audi ergo nō po/
tes tenere poſſeſſionē iſtā niſi dixeris
falſum teſtimonium. ⁊ hoc nō facere:
chr̄m in fūdamēto ponere ē. veritas
enim dixit. Os q̄d mentitur occidit
animam. Ergo ſi poſſeſſioneʒ tuam
diligis. nō tamen propter illam facis
rapinam. neqꝫ homicidiū. neqꝫ falſuʒ
teſtimoniū dicis: nō propter illam fal
ſum iuras. nec chr̄ʒ negas eo q pp̄t
illam hec nō facis: chr̄m habes in fū
damēto. Sʒ q diligis illam. ⁊ contri
ſtaris ſi pdis illam. nō tn̄ p̄ponis eaʒ
chr̄o. nec ſic amas eā. vt ſi dicať tibi.
Ipſam vis ante chr̄ʒ? Et ſi triſtis eā
pdis. plus tn̄ amplecteris chr̄m quē
poſuiſti in fūdamēto. ſuper hoc fūda
mētū poſuiſti non aurū ⁊ argentum.

aut lapides p̄cioſos: ſed ligna. fenuʒ ⁊
ſtipulam Saluus ergo eris cuʒ arde
re ceperit q̄d edificaſti: ſic tamē quaſi
per ignem Nemo ei ſuper fūdamētū
hoc edificans adulteria. fornicatiōes.
blaſphemias. ſacrilegia. idolatriā. p/
iuria. putet ſe ſaluum futuꝝ per ignē.
quaſi iſta ſint ligna: fenuʒ: ſtipula: ſed
qui (vt dictū ē) edificat amorem tre/
noꝝ ſuper fundamentū regni celorū
.i. ſuper chr̄m ardebit amor rerū tē/
poralium: et ip̄e ſaluus erit p idoneū
fundamentum dominum nr̄m ieſum
chr̄m q ē benedictus ī ſecula ſeculo/
rum Amen.

# Deus ſtetit iſy

Col. Titul⁹ pſal⁹ Aſaph
Myſtice expoiť iſte p̄s ab
Auguſtino et Caſſiod. Nic. contra
ſacerdotes ⁊ ſcribas iudeoꝝ. qui chri
ſtuʒ humilē et pauperē iniuſte cōdē
nauerūt ad mortem. ppter q̄d p diui
nū iudiciuʒ fuerūt a romanis tempo
raliť occiſi ⁊ captiui: ⁊ ī iudicio extre
mo ſunt cōdēnādi. Col. Moraliter
vero idē pſalm⁹ exponitur a Hiero.
alijſqꝫ quibuſdā doctorib⁹. Ni. cōtra
peruerſos iudices: arguēs coꝝ mali
ciam et neq̄tiā. ⁊ petens ſup hoc diui
nam iuſticiam Vn̄ Aſaph ppheta p/
mo dicit.

Deus ſtetit in ſynagoga .i. ī cō
gregatiōe Nā ſynagoga dr̄ a ſyn: q̄d
ē con: ⁊ goge: aggregatio deoꝝ .i. iu
dicū ſm q dr̄ Exo. xxij. Ad deos v/
triuſqꝫ cauſa perueniet .i. ad iudices Et
diciť de⁹ ſtare ī cōgregatiōe iudicum
q clare videt ⁊ attēte facta ⁊ dicta co
rū Ideo ſbditur in medio āt deos di/
iudicat .i. diſcernit vtꝝ iudices iuſte
vel iniuſte iudicēt. ⁊ ido ſbdit Aſaph
ꝯ iudices peruerſos Vſqꝫ q̄ .i. q̄ꝫ diu
iudicatis iniquitatē Iuſtificando
ptē iniquā ppter munera vel fauorē

Et facies peccatorum ſumitis. i. per
ſonas malorum ꝓpter eorum potētiā vel ali
as cauſas acceptatis Hie. Quia ſive
vēit paup hn̄s iuſtū negocium et venērit
diues hn̄s malū negociū: vos pſonā
aſpicitis nō negociū Ni. Iudica
te egeno et pupillo eius iuſticiā decla
rādo humilē et pauperē iuſtificate. i.
ſuā iuſticiā ꝯſeruate Eripite pauperem
de mānu fortiorum eius. i. de mānu diuitis
et iniqui et egenum de manu pc̄oris
liberate q̄ eum calumniatur iniuſte
Hug. Et quia prauum iudiciū ſepe ꝓ
uenit ex ignorātia Ideo ſubdit Ne
ſcierunt Et quia peius eſt nolle ſcire.
ideo ſequitur neque itellexerūt. i. no
luerunt ſcire iudiciū meū Vn̄ pſalm⁹
Noluit intelligere vt bene ageret Et
quia peſſimū ē malū operari Ideo ſub
iungit In tenebris ābulāt Ni. quia ꝑ
uerſitas affect⁹ īducit tenebras ī intel
lectū mouebunt̄ oīa fūdamēta terre
in finali iudicio ī quo iſta ꝑuerſa ad
debitū ordinē iuſticie reducēt̄ Hie.
Videte ꝓncipes et iudices mali: q̄lē
hēant retributionē. qui debuerūt fū
damēta hīc chrim. et noluerūt. ſed in
tra poſuerūt fūdamēta ſua Hu. Sed
cur dicit. oīa? ſunt ne omēs tales? dn̄s
ſcit. nō ē nr̄m iudicare. dn̄s tamē de
ipis loquens dicit Iſa. lvi. oēs in viā
ſuā decliauerūt: vnuſquiſque ad auariciā
ſuā a ſūmo vſque ad nouiſſimū. Et ſi
forte vita aliq̄rum ſit contemptibilis. tn̄
grad⁹ et dignitas eccleſiaſtica ē in eis
honorāda et venerāda. Unde ſubdit.
Nic Ego dixi dij eſtis. i. ꝑticipa
tiue. eo quod iudices ex officio ſunt exe
cutores diuine iuſticie et filij excelſi
omnes. i. inq̄ntū ad imaginē ei⁹ ſt̄ fc̄i.
Hu. Sed ne de dignitate ſupbiāt: eo
rum fragilitatē commemorās ſubiūn
git Vos āt per infirmitatē carnis
ſicut hoīes moriemini Ni. quia pote
ſtas veſtra nō preſeruabit vos a mor
te per eleuationem animi ſicut vnus
de principibus. i. de āgelis ſupbien
tibus cadetis in foueam gehenne ꝑ
equitatē diuine ſentētie Ideo ſubdit
ꝓpheta Surge de⁹ iudica terram. i.
ſurges deus ad iudicandum habitā
tes in terra qm̄ tu hereditabis id ē
dominaberis in omnibus gētib⁹ quia
finali iudicio peracto. oēs electi erūt
ſbiecti ordini ſue mīe immobiliter: et
reprobi ordini ſue iuſticie Et ſic dn̄a
tio tua ſe extendet ſup bonos et ma
los in eternū: qm̄ tibi poteſtas ē et im
ꝑium ꝑ infinita ſecula ſeculorum. Amē.

# Deus quis ſimi.

Titul⁹. Cāticum pſalmi Aſaph Hic titulus in pleriſque locis ſu
pra expoſitus ē Glo. Agitur ī h̄ pſ
de ſecundo aduētu chrī ad iudicium.
vbi boni q̄ hic premuntur: coronabū
tur. mali vero qui eos perſequuntur
torquebunt̄ Hu. et quia eccīe triplex
fuit interpolata perſecutio: pīma vi
delicet in gladio a tyrānis: ſecunda īver
bo ab hereticis: tertia in opere malo
a falſis fratribus. et quarta erit tēpe
antichriſti que ex dictis tribus cōfla
bitur Ut ergo breuietur illa dies an
tichriſti. petit hic feſtinari iudiciū. vn̄
ipe Aſaph de illo ſecūdo aduētu do
mini dicturus oſtendit potētiā et cla
ritatē ei⁹ in q̄ veīet atque āmirādo dic.
Deus chriſte et ſi hō es vt alij. et
ſi iudicatus cum iniquis latro
nibus deputaris. Hu. quis ſimilis
erit tibi. ſcilicet in forma etiā ſerui veni
es ad iudicium in maieſtate et clari
tate magna Et quia talis eris in iudi
cio ne taceas ſicut ī primo tuo aduē
tu tūo tacuiſti. ſed dic ſnīam ꝯ malos
neque compeſcaris deus a pena ad
uerſarijs tuis inferenda. et ne videat̄
eſſe crudelis hec petendo: oſtendit quod
peccata eorum hoc exigūt dicens Qm̄

ecce inimici tui ſonuerunt murmu-
rãdo et contradicendo tibi. Au. No-
uiſſimos dies qui erũt tẽpe antichri
ſti ſignare mihi videt̃. cuius membra
tũc erũpẽt in liberã vocez. ſed plane
irrationabilẽ. vt ſonitus magis ꝗ̃ lo
cutio vel ſmo dicẽd⁹ ſit ⁊ qui ode-
rũt te extulerũt caput. Caſſ. Cur di
cit: caput extulerũt. et nõ capita. niſi
ꝗ2 inſanis hoĩb⁹ vnũ ẽ caput ãtichri
ſt⁹. ꝗd ideo dicit elatũ. ꝗ2 multa pote-
ſtate glãbit̃. vt ſe etiã deũ dicẽ ꝓſumat
excelſũ. Au. Cui⁹ mẽbra dep̃mẽt
fideles. Unde ſequit̃. Sup populũ
tuũ. i. ſ. chriſtianũ malignauerũt. i.
malicioſe tractauerũt cõſiliũ vt e-
uz decipiãt ⁊ cogitauerũt aduerſus
ſcõs tuos vt nõ ſolũ mediocrib⁹ do
lĩ. vez ⁊ ipſis ꝗdãmodo celeſtibus vi
ris inferre conarent̃ exitiũ. i. mortez
Dixerũt hoc ꝗd ſupra ſonuerũt vi
delz. Au. venite et diſperdam⁹ eos
de gente. i. inficiamus eos vt non
ſint iter gẽtes ⁊ nõ mẽoret̃ nomen
iſrael vltra. i. peat nomẽ et fama po
puli chriſtiani videntis deũ per fidez
Et h̃ ex abũdãtia cordis dixert̃. Qm̃
cogitauert̃ vnanimiter. i. ꝯcordit̃ in
malo. ſimul conſpirãter aduerſũ te.
i. membra tua teſtamẽtũ diſpoſuert̃
i. pactũ firmũ fecerũt ad deſtruẽdũ
populũ ⁊ nomẽ chriſtianũ. Cõſequẽt̃
declarat ꝗ hoc faciẽt. cũ ſubdit tab
nacula idumeoꝝ. i. auari terrẽa amã
tes. Na idumei interp̃tant̃ t̃reni. Et
hiſmahelite. i. guloſi ꝗ ventri ſuo ſer
uiunt. Nã hiſmahelite obediẽtes int̃
p̃tant̃. Moab. que filia Loth ꝯ legez
ex ſuo patre concepit: ſignat luxurio
ſos ⁊ agarẽi. iterp̃tant̃ aduene ⁊ ſi-
gnificat ſuperbos. Et ſuperbia debet
eſſe aduena et aliena hoĩ. Iut̃ illᵭ ec
cle. x. Quid ſuperbis t̃ra et cinis?
gebal. interp̃tatur vallis vana ⁊ ſigni
ficat hypocritas ꝗ vane et fallaciter

oſtendunt ſe hũiles ⁊ amon. i. po-
pul⁹ turbid⁹ ⁊ ſignat iracundos ⁊ a-
malech. interp̃tat̃ popul⁹ lingẽs. i.
fallaciter blãdiẽs: vñ ſignificat adula
tores alienigene cũ habitãtib⁹ tyrũ
i. cũ inuidis. Tyr⁹ ãguſtia interp̃ta
tur: ꝗ2 cor inuidi torquet̃. Caſſ. Hec
enĩ turba perditoꝝ p̃dictoꝝ. videlicz
auari. guloſi. ſuperbi luxurioſi. hypo
crite. iracundi. adulatores. ⁊ inuidi. ⁊
mundi amatores. ꝗ ſb antichriſto cõ
gregãda ẽ alluſione. i. cõſonãtia taliũ
hebreoꝝ euidenter expreſſa ẽ. Hie.
Iſte ergo tãte gentes ꝗ pugnãt ad-
uerſus ſcõs: videam⁹ que habẽt prin
cipẽ. vñ ſeqt̃. Aug. Etenĩz aſſur.
i. diabolus venit cuz illis. Et ꝗ2 i-
pſe diabolus nõ ſolus operat⁹ ẽ. vez
etiã p̃dicti peccatores ſotij fuert̃ ma
loꝝ. Ideo ſbdit facti ſũt i adiutoriũ
filijs Loth. i. demõib⁹. Loth ei decli
nãs iterp̃tat̃. demões ãte fuerũt ãge
li. et ipi declinauerũt a deo cũ p̃ncipe
tenebraꝝ lucifero. His ꝗ facti ſũt i ad-
iutoriuz illi p̃dicti mali. ꝗ2 ſic boni ſũt
coadiutores dei: ita mali ſũt diaboli
coadiutores. Hec omĩa ꝗ ĩ p̃terito tp̃e
dixit: de futuro intelligẽda ſunt. ſicut
et alie ꝓphetie multe. Hie. Uidetis
ꝗ2 difficillima loca ſũt ⁊ obſcura. ac in
ſingulis ſmonib⁹ magna ſũt ſacra. et
nẽcitate cõpellimur ĩ v̈bis hebraicis ⁊
plena myſterijs diutius ĩmorari. atꝗ3
id ꝗd a ſpũſcõ dictũ ẽ nitimur iterp̃
tari. Niſi enĩ ſic int̃pretet̃ vt dictũ ẽ.
ꝗd ꝓdeſt eccleſijs dei legẽ tabnacula
idumeoꝝ ⁊ hiſmahelite ⁊ cetẽa noĩa?
Sequit̃ de vindc̃a iniquorũ. Caſſ.
Et ꝗ2 ſuperius mores eoꝝ p̃ nomia
collecta deſcripſerat: nũc horũ retri-
butiões eis per ſimilitudĩes gentiuz
fieri deprecat̃: di. Fac illis ſicut ma
dyan et ſyſare. Hic. ꝗs de⁹ miraculo
ſe debellauit per baruch. Iudicũ. iiij.
ſicut iabin. ꝗ2 oẽs ſbmerſi ſunt in

torrente ciſon. Unde dr̄ Judicū. v.
Torrens ciſon traxit cadauera eo/
rū. Diſpierūt ī endor. Nomē ē loci
ī q̄ fuit illa mulier phytoniſſa quaꝫ
cōſuluit Saul. pmi. Regū. xxviij. Fa
cti ſunt vt ſtercus terre. qꝛ cadauera
eoꝝ rmāſerūt īſepulta. Pone princi
pes eoꝝ ſicut oreb. ꝛ zeb. ꝛ zebee. ꝛ ſal
mana. Iſtos ꝺbellauit dn̄s p Gedeo
nē ꝛ trecētos viros cū eo. Judicū vij.
Hec āt dc̄a ſt̄ ad lr̄aꝫ ꝺ gētib⁹ p pplm̄
iſraeliticū occiſis ꝛ ſbmerſis. vt pter/
tur. Caſſ. Unde ſimilis optat̄ occaſ⁹
ſequacibus antichriſti: his q̄ ī ſua pti
nacia ſt̄ māſuri. Interptatiōes āt eo/
rū nominū ſūt iſte. Hie. Madian int̄
ptat̄: relinquēs iudiciuꝫ. Quicūqꝫ pu
gnat ꝯ̄ populū dn̄i: nō cogitat futuꝝ
eſſe iudiciū. Siſara interptat̄ equi ici
ſio. Iſti q̄ pugnāt ꝯ̄ populuꝫ: n̄ ſūt de
pecorib⁹ tuis. ſed de equis q̄ inſaniūt
in femīas luxurioſe. Jabin interptat̄
intellect⁹: ꝛ ſignat illos q̄ in ſua ſapīa
cōfidūt. ꝛ nō in gloria dei. Aug. Et
hi ſbmergunt̄ in torrente ciſon. i. in le
ticia ſeculari. Nā ciſon letificās inter
ptat̄: diſperierūt ī endor. Endor inter/
ptat̄ fōs generatiōis. ꝛ ſignat luxuri/
aꝫ cui dediti perierūt. Merito de his
dictū ē. facti ſunt vt ſtercus t̄re. Au.
i. viles et fetētes corā deo ꝛ hoībus.
vnde eccle. ix. Oīs mulier fornicaria
q̄ ſi ſtercus in via. Hoc āt de minorib⁹
dc̄m ē. Seq̄t̄ ꝺ maiorib⁹. Hie. Pone
principes eorū. q̄ꝝ qui īpugnāt popu
luꝫ tuū. ſic̄ oreb. zeb. zebee ꝛ ſalmana.
Hos q̄ttuor reges madianitarū iuꝫ
lr̄aꝫ dn̄s miraculoſe vicit p Gedeonē
ꝛ trecentos viros cū eo. vt hr̄ Judi/
cū. vij. Legūt h̄ pħi et irridēt. Legūt
h̄ rhetores ꝛ putāt eē ꝺliramēta. Au.
In pn̄ti eē pncipes aduerſarioꝝ chr̄i
ſt̄: ſic̄ zebee ꝛ ſalmana p penā. Oreb i/
terptat̄ ſiccitas: qm̄ aridi a gr̄a dei ſt̄.
ꝛ zeb q̄d īterptat̄ lup⁹ ꝛ ſignificat ra
paces. zebee īterptat̄ victima lupi. et
ipī ab inferno deuorabunt̄. Et ſalma
na īterptat̄ perfecti ī malicia. vt vnū
corp⁹ ſint cū diabolo mittēdi ī cami/
nuꝫ ignis ꝛ ſulphuris ardētis. Caſſ.
Hec oīa exercitui optat āticħri q̄ nul
la cōuerſiōe ſaluādi ſt̄. q̄ruꝫ ī ſpīs q̄ꝫ
tenebroſis noīb⁹ deteſtabilis iā eoꝝ ſē
tit̄ īteit⁹. Ipoꝝ eī maliciā māifeſtius
ꝺclarat cuꝫ ſbiūgit. Omnes pncipes
eorū. i. maloꝝ cōſiliarioꝝ auctores
qui malicia. acceſſi dixerūt: hēditate
poſſideam⁹ ſāctuariū dei. Sāctuariū
dei ē populus chr̄ian⁹. de q̄ dic̄ apo.
Tēpluꝫ dei ſc̄m ē q̄d eſtis vos. Aug.
Quid eī aliud īimici niſi populuꝫ dī
poſſidē. i. ſbiugaē moliunt̄. vt ipe po/
pulus cedat ī eoꝝ īpias voluntates.
Sꝫ q̄d ſequit̄. Deus meus pōe illos
vt rotā. i. fac illos inſtabiles ī eo q̄d
cogitāt. Glo. Uel ſic̄ rota ab his q̄
retro ſūt ſurgit. et ātea cadit. ita ꝛ ipī
ex his q̄ retro. i. ex t̄renis: ī quib⁹ cre
ſcunt extollant̄: ꝛ aīo cadāt ab et̄nis.
Caſ. Impij vero cuꝫ ī mala cogitati
oīe voluunt̄ rotis fiunt ſimiles. nec
quicquā pficiūt. duꝫ ſuis iugiter rota
tionibus atterunt̄. Petr⁹ cātor. Hec
ē eī maxīa pena. Uñ legit̄ qꝛ dn̄s īmi
ſcuit egyptijs ſpm̄ ꝟtigis et erroris.
Et ī alio pſ⁹ dr̄. In circuitu impij ā/
bulant. et ſimiliter pone eos. Aug.
ſic̄ ſtipulā añ faciē vēti. i. āte pre
ſētiaꝫ vēti. Hoc ponit̄ p tētatiōe. q̄ le
uia ꝛ inania corda rapiunt̄. Au. Uel
ꝺ pēis futuris ipioꝝ pt legi. De⁹ me⁹
pone. i. pones illos vt rotā. q̄ duꝫ
ex vna pte eleuat̄. cadit ex alia. Per
q̄d ſignificat̄ varietas penarum. Uñ
Job. xxiiij. Trāſibunt ab aquis niui
uꝫ ad calorē nimiuꝫ. ſic̄ ſtipulaꝫ āte
faciē vēti. vt impotētes ſint reſiſten
di penis: ſꝫ volubiles ad tormentum.
Au. Nō eī hec optatio ſꝫ pphetatio
eſt. Sequit̄. Sicut ignis qui cōburit

ſiluā Nic Ex magna potētia ⁊ ſicͭ
flāma cōburens mōtes Au. Ex ar
doris vehemētia Ita ꝑdictos ipios
q̄ ſilua ſunt ꝓpter ſterilitatē om̄is bo
ni⁊ mōtes ſt ſuperbia pleni pſeque
ris illos quātū ad corpꝰ Li tēpeſtate
tua id ē in iudicij tpe Caſſ Unde ī
alio pſalᵒ dictū ē. Ignis in cōſpectu
eius exardeſcet: ⁊ in circuitu eius tē
peſtas valida Et ī ira tua i. ī furore
vindicte tue turbabis eos qntū ad
aīaz cū audiēt. Ite maledicti in ignē
etnū Hucuſqꝫ futuras pēas illis pec
catoribus ꝓphauit. q ī ſuis remāſerīt
ſcelerībꝰ ptinaces. Conſequēter ad il
los conuertit̄. q ſūt dn̄o pſtāte credi
turi dicens Imple facies eoꝝ igno
minia: ⁊ querēt nomē tuū dn̄e. Illo
rū ei facies iplet̄ ignominia. i. īfamia
q̄ peccatoꝝ ſuoꝝ nō īuenerīt laudato
res: ſꝫ potiꝰ eis in pn̄ti reputat̄ q̄d in
mala actione geſſerūt Iſtos plerūqꝫ
opprobriū corrigit. dū ſe viderit a ge
neralitate culpari: Illi ꝟo qui in ſua
obſtīatiōe ptinaces. i. duri pmāſerūt.
Erubeſcāt ꝟ pctōꝝ enormitate ⁊
cōturbent̄ in ſeculū ſeculi Poſſunt
ei aliq ī h̄ ſeculo ſalutariter erubeſcē
⁊ turbari. qn̄ ꝯuerſiōis dona pcipiūt.
ſed erubeſcūt ī ſeculū ſeculi. q eterna
vltiōe dānādi ſt ⁊ cōfūdant̄ ⁊ pere
ant q ad eternū ſuppliciū deſtinātur
Ut cognoſcāt ꝑ experiētiā qꝛ no
mē tibi dn̄s. tu ſolus altiſſimꝰ ī om
ni terra Cognoſcāt: ad genꝰ reſpicit
vtrūqꝫ peccantium. ſiue q exhibita ſa
tiſfactiōe liberant̄ Oēs ei cognoſcunt
oīpotētiā dn̄i: qꝛ ipe ſolus ē altiſſimꝰ
dū ipꝫ cognouerit. et cōuerſis pcere
⁊ obduratos eterna vltiōe damnare.
Col. Ue miſeris q ob amorē vel ti
morē pſentis vite ne trāſitoria amit
tāt mēbra fiūt ātichriſti. ſub ipiꝰ dn̄io
reuera nō cēnt. niſi pcedēti ſuperbia
⁊ falſa religiōe laudes hoīm et auari

ciā trenā magis q̄ꝫ dei grāz aucupa
rent Felices ꝓfecto qui exitū ſuū ab
hac vita bonis operibꝰ premuniētes
expectāt ī tīore dī aduētū iudicis do
mi nr̄i ieſu chr̄i q ē benedictꝰ ī ſe. ſe.
Amen.

# Quaz dilecta

tabernacula Titulꝰ In fi
ne ⁊ ꝓ torcularibꝰ Pſalmꝰ
filijs chore Hu. In pcedēti pſalmo.
orauit accelerari iudiciū. ⁊ ſcḋm chr̄i
aduētū Hic āt deſiderat populꝰ fide
lis intrare in celeſtes māſiōes q̄s lau
dat Ad quas ꝑ multas tribulatiōes
oꝫ intrare. Sicut et chriſtū oportuit
pati ⁊ ita ītrare ī glāz ſuā Lu. xxiiij.
Unde ſenſus tituli talis ē. Pſalmꝰ
iſte dirigēs nos ī finē. i. chr̄z: ad quē
tendimꝰ ꝓponit̄ filijs chore. i. veris
chr̄ianis imitatoribꝰ chr̄i ī loco calua
rie crucifixi Chorē vero caluaria int
ꝑtari conſtat. ꝓ torcularibus. i. ꝓ pſ
ſuris huiꝰ ſeculi. ne chr̄iani deficiant
ſed per eas: cōfidūt ſe vēturos in et
na tabernacula. ſicut vinū ī torculari
exp̄ſſū pōit̄ ī regis cellario Au. Quā
diu ei vue pēdēt in palmite: tāqꝫ libe
ro aere pfruunt̄. nec ex eis manat vi
num ante pſſurā Sic ſūt hoīes quos
ꝑdeſtinauit deus ad vitaz eternā, qui
anteqꝫ accedāt ad ſeruitutem dei, fru
untur ſeculo hoc tanqꝫ delicioſa li
bertate. velut vue vel botri adhuc in
palmite pendentes Sꝫ qm̄ dictum ē
Fili accedēs ad ſeruitutē dei: ſta ī iu
ſticia et timore dn̄i ⁊ ꝑpara aīam tuā
ad tētationē Accedēs quiſqꝫ ad ſer
uitutē dei: ad torcularia ſe vēiſſe cogͥ
noſcat Contribulabit̄: contereť: com
ꝑmetur. nō vt ī hoc ſeculo pereat. ſed
vt ī apotheca dī defluat: exuit̄ deſide
rioꝝ carnaliū tegumētis q̄i vinacijs
vuarū Unde apoſt. dicit Exuite vete
rem hoīem et induite nouū Chriſtia

noꝝ ꝗ ſunt iſta torcularia. In preſſu
ris āt ꝯſtituti.ad hoc cōterimur ⁊ tri
bulamur. vt amore nr̄o ꝙ ferebamur
in iſta mūdana ſecularia: fluxa atꝫ pe
ritura: paſſi in eis ī hac vita tormēta
tribulatiōes ꝑſſurarū ⁊ abūdātiā tē/
tationū.incipiamus querere illā quie
teꝫ que non ē de hac vita nec de hoc
ſeculo preſēti Caſſ. Populus igitur
fidelis chriſtianoꝝ ſpūali fecunditate
regeneratꝰ ⁊ torcularibꝰ cōpetentē ex/
preſſus.ad futurā hieruſalē ꝑuenire
deſiderans.in qua iā nullo tribulati/
onū vel tentationū ꝑmatē pondere.ſ
beatitudīe ſecurꝰ imperturbata felici
tate potiatē.cū admiratione exclamat
dicens Hug.

Quā dilecta .i. valde dilecta ſt
tabernacula tua De quibus
Luc. xvi. dicit ſaluator Facite vobis
amicos de māmona iniquitatis.vt re
cipiāt vos in eterna tabernacula Se
quit Dn̄e virtutū .i. āgeloꝝ Ni. Et
dicit tabernacula in plurali: ꝓpter di
uerſos beatoꝝ ſtatꝰ ſm̄ varia coꝝ me
rita. ꝓpter ꝗd dic̄ ſaluator Joh. xiiij.
In domo patris mei māſiōes multe
ſunt. Hu. In quibus velut vinū ī cel
lario reponunt aīe ſanctoꝝ de torcu
lari ⁊ preſſura tribulationū veniētes.
De quibꝰ in apoc̄. vij. dicit Hi ſt qui
venerūt ex magna tribulatiōe. Hec
tabernacula mihi valde dilecta ſūt ꝓ/
pter ſecuritatē ꝙ ibi ē: propter letici
am īdeficiētē: propt omnimodā deſi/
derij mei impletionē: ſeu adeptionē:
propter pacē cōtinuā: propter perpe
tuā ſanitatē: propter honeſtiſſimā ſo
cietatē: propter apertā dei viſionem.
Caſſ. Cogitans itaqꝫ vir ſanctiſſimꝰ
illa ꝑmia ⁊ gaudia hieruſalē. illas be
atitudīes celeſtes.et ex mōrlibus po
pulis ſocietatē immortaliter letantē.
in magni deſiderij ardorem ſuccenſꝰ
ſbiungit Cōcupiſcit et deficit anima

mea ī atria dn̄i Nic. quia omnis in/
tellectus ⁊ affectus hōis exiſtētis in
via huius vite. deficit a perfecta cog/
nitione et dilectiōe beatitudinis eter
ne. ſm̄ illud ad choꝝ. ij. Oculus non
vidit nec auris audiuit: nec in cor ho
mis aſcendit: ꝙ ꝑparauit deus diligē
tibꝰ ſe Gre. viij. moralium Spūalit
illꝰ aīa cōcupiſcit celeſtis patrie bea
titudinē. ſꝫ nō deficit qui patrimōia
ſibi largita diuinitus. ad neceſſitatis
ſbſidium poſſidet. honores tꝑales ſi/
bi impenſos nō tenet: aliena nō am/
bit: ſuis licite vtitur: qui tamē ab eiſ/
dem rebus quas hꝫ alienus eſt. ꝙ ab
ipis ꝙ poſſidet ex deſiderio nō tenet
Sed illius aīa cōcupiſcit ⁊ deficit in
atria dn̄i: ꝙ rebus tꝑalibus ſe nudat:
gloria honoris expoliat: habere de e/
xterioribus cōſolationem recuſat: in
celeſtibus ſolū inardeſcit Unde ſbdit
Cor meū et caro mea exultauerunt
in deū viuū Hie. Si enim ſm̄ apo.
ſpūs pugnat ꝯ carnem. ⁊ caro ꝯ ſpm̄.
quō dicit hic: cor meum et caro mea
exultauerūt in deū viuū. niſi intelligatē
de illo qui mortificato corpore ſuo in
amorē dei tota mente defixus ē Cu/
ius cor per deuotionē ⁊ caro .i. corpꝰ
per hilarem obedientiā exultāt nunc
in ſpe. ⁊ in deū viuū Ni. Conſequē
ter oſtendit ꝙ beatitudo eterna quie
tat hominis appetitū dicens Etenīꝫ
paſſer inuēit ſibi domūꝫ. ⁊ turtur ni/
dum vbi ponit pullos ſuos Hie.
Deſidero domine ſedem aliquam et
nidulum aīe mee et corpori meo hīc
Si ergo aues que libere huc atqꝫ il/
luc vagantur. poſtqꝫ volauerunt ha/
bent locū ⁊ nidulos vbi requieſcant.
quanto magis anima mea ⁊ caro mea
debet ſibi locum preparare vbi poſſꝫ
quieſcere: Uel hoc totum poſſet le
gi de futuro. Hugo. Cor meum
et caro mea id eſt: corpus meū ⁊ aīa

exultauerūt .i. exultabūt in deum viuū .ſ. abo cōcordit̄ in illa vita eťna vbi videbit̄ de⁹ facie ad faciē Modo eī diſcordāt: q̄ caro ɔcupiſcit aduerſ⁹ aīa3. ⁊ nūc ē eē mihi gaudiū Et tenʒ .pro q̄ Caſ. Sicut paſſer .ſcilicet īuenit ſibi domū in parietū foraminibus. nimio gaudio exultat. q̄ ſe diuerſarū aduerſitatū vlterius patere nō credit inſidijs. ſic aīa iocūdat̄ dn̄i ī celoꝝ re/gna māſionē ſuā ſcīerit ꝑparatā Hu. ⁊ turtur .i. aīa h̄ penitēs ⁊ gemēs īuēit ſibi nidū .i. eťnū tabernaculū ſpe certa vbi repōat pullos ſuos .i. opa bona. q̄ tūc ī celo r̄ponunt̄. qn̄ in ſpe tribulatiōis efficiunt̄. Que aūt ſit illa domus aut nid⁹ declarat cū ſb dit Altaria tua dn̄e v̄tutū .i. āgelo/rū: ſupple ſūt illa in quib⁹ quietat̄ appe tit⁹ hoīs. q̄ ſupi⁹ dicta ſūt tabernacu la tua Et vocat hic altaria celeſtē pa triā. vbi erit perfecta oblatio corpis et aīe Hec āt celeſtis patria dr̄ taber nacula ꝓpter hītationē. atria ꝓpt̄ lati tudinē: ⁊ dom⁹ ꝓpter q̄etē: nid⁹ ꝓpt̄ ſe curitatē: atq3 altaria ꝓpter pfectā ob/lationē Addidit eē rex me⁹ qui me eūtē ad illa altaria dirigis. ⁊ deus meus q̄ me ad h̄ creaſti. S3 vir ſan/ct⁹ adhuc poſit⁹ iter t̄bulatiōes ⁊ tēta tiōes ſuſpirās ī eterna ꝓmiſſa: q̄d de iſta celeſti patria dicat: audiam⁹ Ba ti .ſ. inquit qui hītāt ī domo tua dn̄e. Aug. q̄ poſſidēt hiͬlm̄ celeſtē ſine ā guſtia. ſine p̄ſſura: ſine diuerſitate ⁊ li mitū diſiōe. Oēs habent eā ⁊ ſinguli habēt totā Magne ille diuitie. Nō āſ guſtat frater frēm: nulla ibi indigētia. nulla nc̄itas eſt: qm̄ quicq̄d voles ibi erit: et quidq̄d noles ibi n̄ erit: Quid ḡ illi acturi ſūt? in ſecula ſeculoꝝ lau dabūt te Hoc eī totū negotiū noſtꝝ ē ſine d̄fectu alleluia Vn̄ Iſa. li. Gau diū et leticia inuenit̄ ī ea: grāꝝ actio ⁊ vox laudis. Ric. Cōſequēter oñt

qualiter hō btītudiē3 ſupnam valeat adipiſci. Et pmo oñditur q̄ h̄ nō pt̄ fieri niſi ſpeciali adiutorio dei dicēs. Btūs vir .ſ. ſ. ī ſpe q̄ ē certa expecta tio future btītudis cui⁹ eſt auxilium abs te Iſte eī due ꝑpoſitiōes abs. ⁊ a. idē ſignāt. q̄ſi dicat Ad btītudinem eťnā null⁹ pt̄ vēire vel attigē niſi ꝑ tu u3 auxiliū ſpeciale. q̄ excedit faculta/tē creature S3 ille q̄ ad h̄ ꝑ te dirigit̄ pōt attigē Et mod⁹ ſb̄dit̄: cū dr̄ aſcē ſiones .i. grad⁹ v̄tutū per q̄s ad ce/lū aſcendit̄: q̄s hō grā diuina illumia tus in corde ſuo diſpoſuit q̄ vſ⁹ li/beri arbitrij ad meritū cucurrit in val le lachrymaꝝ hoc ē ī ſtatu p̄ſētis mi ſerie. in q̄ ē meritū ⁊ demēitū in loco quem poſuit .i. cōſtituit ipe deus ad merēdā vitā beatā ꝑ lachrymationē3 ⁊ fletū: ſm̄ q̄ dicit ſaluator Math. v. Beati q̄ lugēt. qm̄ ipi cōſolabūt̄ Hu. Cū eī hō cōſpicit q̄ ꝓpter ſupbiā pri mi hoīs exul in hac valle ploratiōis fact⁹ ē. tot et tātas miſerias h̄ in ſe ſē tiat. magnā h3 materiā humiliādi ꝑ hos verſus Vn̄ ſupbit hō. cui⁹ cōce ptio culpa Naſci pena: labor vita: ne/ceſſe mori. Col. Vt ḡ in hac miſeria rū valle valeat exire ad gaudiū eťnū. oī laborat conamie ad hāc per v̄tutū gradus aſcēdere Caſſ. Cū vicerit q̄s auxilio dn̄i libidinē: aſcēdit pmū gra dū: cū dn̄atus fuerit ſuperbie: ſalit ſe cūdū. dū ſupauit auariciā: ſubit t̄tiū. et tot gradib⁹ euehit̄. q̄t vitijs fuerit abſolut⁹ Hu. Btūs Benedict⁹ docu it diſcipulos ſuos ſcala3 hūilitatis ꝑ quā apud ſeipos aſcēdētes. apud de/um aſcēderēt Et in ſcala illa deſignat xij. grad⁹ humilitatis Prim⁹ ē timor dn̄i Secūd⁹ nō amare ꝓpriā volunta tem Terti⁹. obediētia Quartus patiē tia Quint⁹ cōfeſſio peccatorū Sext⁹ cōtēpt⁹ ſui Septim⁹ p̄ferre alios ſibi Octauus. nil ſingulariter agere. No

nus tacere vſqȝ ad interrogationem
Decimus non eē facilis ad ridendū.
vndecimꝰ pauca et rōnabilia loqͥ. Du
odecimus. ſtatu ⁊ hitu humilitatem
pretēdere. Sequitᷣ Hic. Etenī bn̄di
ctionē dabit legiſlator. Hoc ē chriſtꝰ
lator legis euāgelice. q̄ dat benedicti
onē ſue gr̄e lugentibus ꝓ remiſſione
culpe commiſſe. et ꝓ dilatiōe celeſtis
gl̄e. Hie. Voluit ei dn̄s nos pugna
re ī hac valle lachrymaꝝ ꝯ tētationū
īſultatiōes. vt ꝑ ſuā grāȝ a pctīs ab
ſoluti. i. benedicti. fieret in nobis q̄d
ſbditur. Ni. Ibūt de ꝟtute ī ꝟtutem
Iſempꝑ ꝓficiendo in augmēto gr̄e. do
nec perueniant ad ſtatuȝ viſiōis btē.
Aug. chr̄s eni qui ē dei virtus īter
ceteras dat nobis quattuor virtutes
agēde vite noſtre in hac valle lachry
maꝝ que a multis deſcribunᷣ. videlȝ
prudētiā. qua dinoſcamꝰ inter bonuȝ
et malū. Juſticiā: qua ſua cuiqȝ tribui
mus nemī quicq̄ȝ debentes: ſȝ omēs
diligētes. Tēperātiam qua libidines
refrenamus. Fortitudineȝ qua omīa
moleſta toleramus. Ab his virtutibꝰ
imus ad illā diuine viſionis ɔtēplati
onem. Vnde ſubditᷣ. Ni. Videbitur
deꝰ deoꝝ. Ichriſtꝰ rex ſcōꝝ omniū q̄ di
cunᷣ diȷ ꝑticipatione. Lin ſyon. I. ſ. ce
leſti. de qua dicitᷣ ad hebreos. xiȷ. Ac
ceſſiſtis ad ſyon montē ⁊ cīitatem dei
viuētis hirlm̄ celeſtē ⁊ multoꝝ miliū
angeloꝝ frequentiam. Hier. Quanta
leticia: quāta felicitas eſt ire de virtu
te ī virtutē. et hoc ipm habere p̄miū
vt chriſtū habere mereamur. Nā deū
videre: infinita corona eſt. Ni. Conſe
quenᷣ ponitᷣ deprecatio ꝓ auxilio di
uino impetrādo ad hāc beatitudineȝ
conſequēdaȝ. vn̄ pſalmiſta ī perſona
fidelium dicē. O n̄e deus ꝟtutū. I. i. an
geloꝝ vt frequenter dictū ē. Lexaudi
orōem meā. Iꝑducendo nos ad etnā
beatitudīeȝ. Lauribus ꝑcipe. Ioñdēdo

perfectā orōeȝ meā exauditā. O. Ldeꝰ
iacob. I. i. chriſtianoꝝ qui ꝯ vitia pu
gnāt ⁊ ipa ſupplātāt. Protector nr̄. I
ꝯ īſultus demonū. Laſpice deus. Iacce
ptādo preces noſtras. L ⁊ reſpice ī fa
ciem chr̄i tui. I Hug. Hoc vtilitᷣ le
gitur ad lr̄am ⁊ intelligitᷣ de chr̄o ho
mine. acſi dicat. Reſpice chr̄m hoīeȝ
factū: conſputum: flagellatū: crucifixū.
mortuū. et ꝓpter ipm exaudi orōem
meaȝ et miſerere nr̄i. Propter q̄d di
cit btūs Bernardꝰ. Securū hēs acceſ
ſum O hō ad deū. hēs ei filiuȝ. an̄ pa
trē et āte filiū hēs mr̄eȝ. Filius oſten
dit patri latus et vulnera. mr̄ oñ t fi
lio pectꝰ et vbera. Nulla pōt eē ꝛpul
ſa. vbi tot cōcurrunt charitatis inſi
gnia. Quare āt fidelis populꝰ ī tātuȝ
deſiderat ꝑuenire ad domū celeſtem.
oñdit cauſaȝ dicēs. Hic. Quia me
lior ē dies vna in atrijs tuis. I. i. cele
ſtibus palatijs. Lſuꝑ milia. Iſcȝ bono
rū dieruȝ qui poſſūt haberi ī preſēti
vita. Hie. Si poſſet fieri vt aliqs eēt
vna die ī ꝛgno celoꝝ et poſtea ꝑcipi
taretᷣ recte diceret. Melior ē dies vna
in atrijs tuis ſuꝑ milia. In regno ce
loꝝ ſemper lux ē: nō habens noctem
neqȝ tenebras. et ideo. Ni. Elegi
abiectus eē. I. i. ī hūilitate viuere. ſine
qua ad illaȝ beatitudinē nō pōt ꝑue
niri ſm dictū ſaluatoris. Luce: xviiȷ.
Quicūqȝ nō fuerit effectꝰ ꝑuulꝰ. i. hu
milis vt puer: nō intrabit in regnum
celoꝝ. L ī domo dei mei. I. i. ī eccīa mili
tāte q̄ ē domꝰ dei īferior. ſicᷣ eccīa triū
phans eſt domꝰ dei ſuꝑior. Lmagis q̄
habitare ī tabernaculis peccatoꝝ. I. i.
ī glā ⁊ ī excellētijs ſuꝑboꝝ: q̄ ſuꝑbia
includitᷣ in omni pctō mortli. ꝑ quod
hō ſbtrahit ſe a debita obediētia dei.
¶ Caſ. O abiectio illa pulcra O
ſublimitas iſta fediſſima. Ipſa abie
ctio eſt illa conuallis lachrymarum
ſuperius dicta: pallatijs omnibus

ſupior ſine dubitatiōe. vbi etſi ad tē/
pus plāgit̄. iñ tñ ſine fine gaudetur.
Cauſā reddit̄ quare domus dñi pl⁹
debeat diligi ꝙ̄ tabernacula peccato
rum. cum ſbdit̄ Quia miām et verita
tē .i. iuſticiā diligit de⁹ Au. Miāz
diligit qui i pmo ſbuenit. veritatē di
ligit vt credēti det q̄d ꝓmiſit. Caſ.
In eccia ipi⁹ pmū miā ē. qꝛ de peccori
bus efficit iuſtos Et veritatē quāz il
lis ꝓmiſit. pmij non negabit Vñ ſub/
dit gr̄az vt peccatores cōuertātur
ad verā vitā in pñti. de q̄ dic̄ Apoſt.
Gr̄a dei ſuz id q̄d ſuz ⁊ gloriam in
futuro dabit dñs vere humilib⁹ vt
diuino munere iuſtificati āgeloꝝ me
reātur eſſe conſortes Nic. Vñ puer.
.xxix. Humilem ſpū ſuſcipiet gloria
Et Jacobi. iiij. dī. hūilib⁹ dat gratiaz
Caſſ. Que nos ꝑparat: adiuuat: cor
roborat. et coronat Et ideo Nō priua
bit bonis gr̄e in pñti ⁊ glorie i futu
ro Eos qui ābulant ī innocētia licz
frequent̄ priuent̄ bonis tpalib⁹ i pre
ſenti Hug. Btūs Bernard⁹ addit
Nec eos dñe: qui ābulant in peniten
tia In tranſlatiōe hebraica hoc me
lius habetur: videlz: qui Hie. ambu
lāt i perfectiōe Innocētia ei nō pōt
eē perfecta virt⁹. qm̄ q̄ iñocens ē niſi
habuerit prudentiā: nō ē ꝑfecte cōſū
matecꝫ virtutis Propterea dī i euā°
Eſtote prudētes ſicut ſerpētes ⁊ ſim
plices ſicut columbe. Caſſ. Et qꝛ p̄s
tot bona explicarē non potuit q̄ ſan/
ctus anim⁹ ſentiēbat Ideo ſub āmira
tiōe concludit dicens dñe ꝟtutuz q̄
tāta facis que dici ñ poſſūt btūs hō
q̄ ſperat i te. Hie. ⁊ non in trenis
ſed in celeſtibus bonis. Ille ſperat i
dño q̄ conſciētiam non hꝫ peccatoꝝ.
q̄ oculos liberos ad celos leuat Caſ
Cui⁹ ſpes i dño iugit̄ perſeuerat Mi
rabilis pſalm⁹ ⁊ tñ mundana ſuauita
te iocundior. q̄ ſic nobis eccīe torcula

ria fecit aīo dulceſcere. vt optabilius
habeam⁹ tali faſce depmi ꝙ̄ huius ſe/
culi ſblimitatibus ſubleuari. Aug.
Licz ei nūc puniris i egeſtate: i tribu
latiōe: i cōualle ploratiōis: i aduerſi
tatum preſſura: in tētationib⁹. erit ta/
men poſtea bonū tuū q̄d deſideres:
ſcz requies: eternitas: imortalitas: im
paſſibilitas: ⁊ iocunditas etna. Col.
Ad hāc etne felicitatis btitudinē to
ta mētis deuotiōe aſpirātes benignū
petim⁹ ſaluatorem. vt quemadmodū
ſenſus nr̄os dulcedo pñtis lectionis
afficit. ita iugiter maneat in nob gr̄a:
quā ipe miſerat⁹ infūdit ieſus chriſt⁹
dominus noſter qui ē benedictus in
ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Benedixiſti do.
mine terrā: Titul⁹ In finē
finem filijs chore pſalmus
dauid Caſſ. Iſte ē. iij. pſ. coꝝ: qui a/
gūt d̄ p° aduentu chr̄i Hug. Et cā/
tatur filijs chore. i. filijs paſſiōis chri
ſti qui in caluaria crucifixus eſt Cho
re enim calu⁹ vel caluaria interptat̄.
vt ſupra i pcedenti pſalmo dictum eſt
Et lꝫ hic pſalmus agat de chriſti in
carnatiōe: tamen competenter intitu
latur de eius paſſiōe in hoc qꝛ cantat̄
filijs chore. quia tota chriſti vita fuit
paſſio. et incepit a natiuitate ei⁹ Vn/
de eo tempore quādo recitat eccleſia
paſſionem chriſti, tunc in hymno Pā
ge lingua incipit a natiuitate dicens.
Vagit infans inter arta poſit⁹ preſe
pia. Patet enim titulus Intentione
monet nos per fidez accedere ad chri
ſtum vt eius benedictionem habere
mereamur Caſſ. Preuidens itacꝫ
pſalmiſta futura miracula tāquaz de
preterito Hug. ablationem iniqui
tatis a plebe dei per benedictionem
i carnatiōis chr̄i declarat dicēs.
Benedixiſti dñe t̄rā tuā videlz

populum tuuȝ.vel genus humanum
carnē aſſumēdo.ꝛ per hoc Lauertiſti
captiuitatē Jacob J.i.peccatū origi/
nale a populo chriſtiano.ſꝫ q̄d genus
hūanū tenebatur a diabolo captiuū.
Et bene dicit iacob: q̄ interp̄tat̄ ſup
plātās.q2 nō oēs accipiūt grām iſtaȝ.
niſi q̄ in baptiſmo renati ſupplantant
aduerſariū:abrenunciātes diabolo:ꝛ
omnib⁹pompis ei⁹ De quib⁹ſb̄ditur
Remiſiſti iniquitatē plebis tue J vi
delȝ chriſtiane ꝓpter quā fuerat capti
ua Loperuiſti oīa peccata eoꝝ J i aq̄s
baptiſmi ne videātur a deo ad puniē
dū.neqꝫ ab hoīe ad imitadū.neqꝫ a de
mone ad accuſādū Mitigaſti omēm
irā tuā J diluēdo peccata nr̄a Lauerti
ſti ab ira indignatiōis tue J Nic Re
laxatio pene.ſignū ē mitigatiōis ire.
Hec omīa dicunt̄ de futuro ſpū pro/
phetie Cōſequent̄ ponit̄ dep̄catio ꝑ
liberatiōe ſpūali q̄ fienda erat ꝑ chri
ſtum cū dicit̄ Conuerte nos deus
ſalutaris noſter J ad te clarius cogno
ſcendū.et ꝑfectius amādum:q̄d factū
ē per doctrinaȝ chriſti qui figuras et
obſcuritates veteris teſtamēti expla
nauit:ꝛ rigoreȝ eius tēperauit Pro
pter q̄d vocatur lex amoris Let auer
te irā tuam a nobis J q̄d factū eſt per
chriſti ſatiſfactionē Vſqꝫ ei ad illā ho
raȝ oēs quātuncunqꝫ iuſti deſcendē
bāt ad infernū. et ſic ira dei non erat
totaliter auerſa Hu. Iſte verſus cā
tatur in cōpletorio in pricipio.ad no
tandū ꝛ petendū plenā conuerſionē
ad deum que erit in patria.vbi ꝯple/
ta erūt oīa.ybi motus animi i deū cō
uertent̄ Modo eī corpus q̄d corrum
pit̄ aggrauat aīām:ne oīno poſſit ad
deum ꝯuerti Vn̄ Ap⁹.ad rōnos.vij.
dicit Video aliā legeȝ i membris me
is repugnantem legi mētis meeꝛ ca/
ptiuātē me i lege peccati. Propt̄ q̄d
ip̄e cupiēs ſ̄m totū corp⁹ ſuū cōuerti

ad dominuȝ:conſequent̄ clamabat di
cens Infelix ego homo.q̄s me libera
bit de corꝑe mortis huius? grā dei ꝑ
ih̄m chriſtū dominū nr̄ȝ Sciēs itaqꝫ
ꝓpheta deum miſericordem ſb̄iungit
Nūquid in eternū iraſceris nobis
J quaſi diceret Nequaqꝫ cū parcereꝛ
miſereri ſit tibi ꝓpriū.q2 dicit̄ Abacuc
.iij. Cū iratus fueris mīe recordabe/
ris Ni. Laut extendes iram tuā a ge
neratiōe i generatioēm J.i.in ſibi ſuc
cedentibus.quaſi diceret: nō.q2 aduē
tus chriſti fuit ꝓmiſſus infra certum
tp̄s.vt hr̄ Danielis.ix.per hebdoma
das.lxxij.ab eo p̄dictas De⁹tu con/
uerſus J ad nos per benedictaȝ tuaȝ
incarnationē Lviuificabis nos J ꝑ tu
am graȝ Vnde Jo.i. Grā et veritas
per ieſuȝ chr̄m facta ē L ꝛ plebs tua le
tabit̄ i te J Caſſ. que īfeliciter gaude
bat in ſe: Nūc q2 totū. Aug. gaudiuȝ
noſtrū deus ē:qui vult ſecurus gau/
dere:in illo gaudeat q̄ nō pōt perire.
Quid ei fr̄es mei gaudere vultis in
argento.aut argētū perit:aut tu:aut
nemo.q̄d prius? verūtn̄ illud ꝯſtat q2
vtrunqꝫ periturū ē: et tu et argentū
Noli ergo gaudere in iſtis. ſꝫ gaude
in illa luce que nō hꝫ occaſū Sequit̄
Oſtēde nob dn̄e miaȝ tuā J Nic. mit
tēdo filiū tuū ad liberationē nr̄am L
ꝛ ſalutare tuū da nobis J.ſ.dn̄ȝ chr̄m
quē Iſa.ꝓuidēs futuꝝ dixit.ix.caplo.
Fili⁹ dat⁹ ē nob.ꝛ vocabit̄ nomē ei⁹
ādmirabilis.ꝛc. chr̄ȝ ḡ tuū da nob In
illo eni ē mīa tua Cōſequēt̄ pſ̄.ꝓnun
ciat īcarnationē filij dei ſpū ꝓphetic:
di. Hug Audiā J aurib⁹cordis L q̄d
loq̄t̄ i me dn̄s de⁹ J.i.q̄ inſpiret cor/
di meo ꝑ ſpm̄ ꝓpheticū Ni. Et q̄d il
lud ſit:ꝯn̄r declarat dicens L qm̄ loq̄t̄
pacē in plebē ſuā J q2 chr̄o nato āgeli
ſtatī cātauer̄t Glā i altiſſimis deo.ꝛ i
tra pax hoīb⁹bōe volūtatis Lu.ij.et
dic i plebē ſuā q̄ntū ad ꝑplȝ iſrael cō/

munē Et ſuper ſanctos ſuos .l.quan
tum ad maiores .ſ.et doctores et dei
miniſtros.de quibus multi crediderūt
in chr̄m.ſicut dicit Jo.xij.et in eos q̄
cōuertunt ad cor .l.i.veraciť ⁊ ex cor
de ꝯuertūť ad chr̄z.q̄d dr̄ ꝓpť gētiles
q̄ relicta gētilitate fidez catholicā ſuſ
ceperūt deuote.Unde trāſlatio hebrai
ca hz.⁊ nō ꝯuertenť ad ſtulticiam .i.
idolatriā que eſt maxima ſtulticia .ſ.
attribuere creature deitatem. Uerū
tamē ꝓpe timentes eum ſalutare ipi⁹
.l.q̄i dicat licet ſup oēs loqueť pacez:
tamē .l.ſalutare ipi⁹ .l.i.ſaluatio quē p
ipm ē.et his ꝓpe qui timēt eum perſe
ueranter.et non ſolū his q̄ perfecte ti
mēt eum.ſ; his etiā qui dimittūt pec
care ꝓpter timorē dei.qui timor licet
ſit ſeruilis ꝓpter timorē pene.tamen
inducit charitatem et dilectiōez ſicut
ſeta filū: ſm Aug^m. vt allegat mgr̄.
.iij.ſniaꝝ diſtictiōe.xxxiiij.Et ideo di
ciť id q̄d ē ꝓpe timentes inq̄ntuz ta
lis timor de ꝓpinq̄ diſponit ad chari
tatez .l.vt inhabitet gloria .l.i.chriſt⁹ q̄
ē gloria patris .l.i terra noſtra .l. Uñ
chr̄o nato dicitur Jo.i.Et vidim⁹ glo
riā eius gloriā quaſi vnigēiti a patre
Hug.Moraliť v̄o intelligiť .l.vt inha
bitet gloria .l.i.teſtioniū bonuz .l.i tra
nr̄a .l.h̄ ē i cōſcia noſtra Hoc teſtimo
niuz(vt dicit Bernard⁹)cōſiſtit i tri
bus Primum ē videlz credē q̄ rmiſ
ſionē peccatoꝝ habere nō poſſis niſi
per indulgētiā Deīde q̄ nil bōi ope
ris habere poſſis niſi ipe deus p ſuā
grām hoc tibi conceſſerit vt bonū o
peretis Terciū: q̄ vitam eternā nul
lis operibus promereri poſſis Seqť
mīa Mia et veritas obuiauerūt ſibi .l.Mi.
.i.ꝯuenerūt ſibi ſimul in perſona chr̄i.
q̄ et dei mīa verbū aſſumpſit carnem
Et ideo ad complēdū veritatē ꝓmiſ
ſionis facte patrib⁹ veteris teſtamēti
filius dei incarnari voluit .l.iuſticia et
pax oſculate ſunt .l.q̄ chriſt⁹ i ſua paſ
ſione ſatiſfecit ꝓ nobis p viā iuſticie.
quam iuſticiam pax ſtatim fuit oſcula
ta.q̄ p ſuū ſāguinem pacificauit ea q̄
ſunt in celis ⁊ in tris.Colloſ.i.Deiñ
declarat modum natiuitatis chriſti q̄
natus ē de virgīe.Unde dicit Ueri
tas .l.i.chr̄s.qui dicit d̄ ſeipō Jo.xiiij.
Ego ſum via.veritas:et vita .l.de tra
orta ē .l.i.de v̄gie Maria:que tra voca
tur Iſai.xlv.Apiať tra ⁊ germiet ſal
uatorē. Illa ei q̄ oriunť de tra.nō o
riunť de commixtiōe maris ⁊ femine
Sic beata v̄go concepit et pepit ſine
virili conſortio.Et propť hoc de iſto
conceptu ⁊ ortu p̄dixit Iſaias.liij.A
ſcendet ſicut virgultum coram co:et
ſicut radix de terra ſitienti.i.de v̄gie
non fecundata ſemīe virili .l.⁊ iuſticia
de celo ꝓſpexit .l.i.pater iuſt⁹ vel to
ta trinitas diſpoſuit vt dei filius car
nem acciperet de v̄gie.vt ſic per viā iu
ſticie homo verus ſatiſfaceret.ſicē pri
mus hō deū offendit.Caſſ.Moraliť
veritas de terra oriť.qñ peccatoris
confeſſio accuſātis ſeipm deo offerť
Et iuſticia de celo ꝓſpexit.qñ ei datť
remiſſio peccatoꝝ.q̄d in illo publica
no actū ē Nā q̄ veritatem humiliter
de ſe confeſſus ē:dicens.Propitius
eſto mihi pccōri:iuſticia ſr ipm ꝓſpe
xit.q̄ deſcēdit iuſtificat⁹ i domū ſuam
Mi.Deinde oñdiť de qua v̄tute v̄go
btā fuit fecūdata cū diciť.Et eteī dñs
dabit benignitatē .l.ſ.grē ſue plenitu
dinē.ñ ſolū ad ſcificationē mētis vir
gīs:ſ; etē q̄ntū ad fecūditatē vētris .l.⁊
tra nr̄a .l.ſ.btā v̄go itemerata .l.dabit
frūm ſuū .l.ſ.bñdcm dñz nr̄z:ipa pma
nēte icorrupta v̄gie:tā i ꝑtu q̄ȝ p⁹ ꝑtū
Deiñ p⁹ ortū chr̄i agiť de ei⁹ p̄curſo
re cū diciť Iuſticia ante eum ambu
labit .l.id ē Johānes baptiſta: qui di
ciť iuſticia.eo q̄ ad pniaz p̄dicauit.p
quam fit iuſticia de offenſis cōmiſſis.

ꝓpter q̄d dicit ſaluator Mathei.xxi:
Uenit ad vos Johēs ī via iuſticie.
Et q̄ ipſe Johēs ñ ſolū iuſticiā pñie
p̄dicauit: ſed ꝛ p̄mo eā tenuit ꝑ aſpe/
ritatē veſtit⁹: ꝛ in ꝑcitate vict⁹: ſm q̄
dicit̄. Mat.xiij. Jdeo ſbdit̄ ꝛ ponet
in via .i. ſ. pñie greſſus ſuos vt ſcō
oſtendat ī ſeipō. quod alijs p̄dicabat
ꝟbo: ſicut de chr̄o dicit̄ Act.i. Cepit
Jeſus facē et docere Col. Cogitem⁹
dilectiſſimi q̄ʒ ſint incomp̄hēſibilia in
nr̄o ſaluatore viſcera pietatis. vt de
ſummis celoꝝ deſcēdēs ad hūani ge
neris ſaluationē dignatus ē oīm fieri
ſeruus. qui per exēplum ſue hūilita/
tis ac pñie docuit nos ad regna celo
ruʒ peruenire. Jpius igit̄ documēta
noſtris inſcribam⁹ mētibus ac mīam
ei⁹ ī mēoria crebro reuoluētes exerce
am⁹ noſmet ip̄os digna cōuerſatione
in op̄ib⁹ iuſticie. extinguamus fletib⁹
ꝛ dignis pñie fructibus culpas quas
fecim⁹. quatenus tp̄a ad indulgētiam
nobis īdulta ſic expendere valeamus.
vt ei⁹ veſtigia ſequētes. q̄ pro nob na
ſci et mori voluit: ip̄i conregnare me
reamur cum patre et ſpūſancto. cui ē
honoꝛ ꝛ gloria in ſecula ſeculoꝝ Am̄.

# Jnclina domi

ne aurē tuā Titul⁹ Oratio
dauid Hic. Pſalmus iſte
voceʒ continet mediatoris chriſti do
mini qui hic orat. Glo. ꝑ nobis. vt
ſacerdos nr̄: orat ī nobis vt caput no
ſtrū. orat̄ a nobis vt deus noſter Jn/
tētio pſalmiſte ē nos monē ad orōeʒ
Ni. Pōt etiā exponi vt ſit orō cui⁹
libʒ fidelis poſiti ī afflictiōe ſpūs per
tētatiōes: demonis inſtrumētū. Pri
mo igitur allegās ſuā indigentiā ait.
Jnclina dñe aurem tuam Ni.
Quia petentium vota agnoſcis
ꝛ exaudi me. vt mea deſideria com
pleant̄ Cauſā ſue petitiōis allegat: di
cens quoniam inops tuo indigens
auxilio ꝛ paup. a me nihil boni hn̄s
ſum ego Egenus enim et pauper
di eſt. quiſqʒ meruerit mundi iſti⁹ per
uerſitate vacuari. Aug. Qui eniʒ nō
ſuperbe ſapiunt. in deo pauperes ſūt.
quibus deus īclinat aurē ſuam No/
rūt enim ſpem ſuā non eſſe in auro ꝛ
argento. neqʒ in illis rebus quib⁹ ho
mines ad tempus circumfluere viden
tur Diſcite ergo eſſe inopes ꝛ paupe
res ſiue habetis aliquid ī iſto ſeculo.
ſiue qui nō habetis Nā et hominem
mendicum inuenis ſuperbum. ꝛ ho/
minē habentem diuitias inuenis cō
fitētem. Et habētibus aliquam ſub/
ſtantiam huius ſeculi. et nō habenti
bus interior inſpector ē deus: ibi ap
pendit: ibi examinat. Uidete q̄ meri
tum quo exaudietur ī eo poſuit. vt di
ceret quoniam inops et pauper ſum
ego. Si nō fueris pauper nō exaudi
eris Quicquid ē circa te vel in teun
de poſſis preſumere: abijce abs te.
Tota preſumptio tua: deus ſit Cu
ſtodi animā meam. a laqueis diabo/
li quoniā ſanctus ſum non per me.
ſed per te ſāctificatus ſum ī baptiſmo
vbi a te me ſanctificāte: accepi remiſ/
ſionē peccatorum. Non eſt iſta ſuper
bia elati dicendo: quoniā ſanctus ſuʒ.
ſed confeſſio non ingrati Si enim di
xeris te ex te ſanctum ſuperbus es.
Rurſus fidelis in chriſto et membꝝ
chriſti ſi te dixeris non eſſe ſanctum:
ingratus es. Dic deo tuo ſanctus ſū:
quia ſanctificaſti me: quia accepi. non
quia habui: ſʒ quia tu dediſti. non q̄
merui. ſaluuʒ me fac ſeruū tuum de
us meus ſperantem in te. Ecce ille
ſāctus non eſt ſuperbus. quia ſperat
in dominum. Miſerere mei do/
mine quoniam ad te clamaui tota die.
id eſt: toto tempore vite mee.
Caſſ. Semper ſupplicare nos decet

qui frequenti culpa delinquim⁹? Ma/
gna quidē voce ille clamat ad dn̄m. q̄
q̄uis lingua taceat. bonis tn̄ opibus
pſeuerāter exclamat. Letifica aiaȝ ſer
ui tui. Hic. a tribulatiōib⁹ p̄ntibus
meſtaȝ. Q̄m ad te dn̄e aiam meā leua
ui. Ni. per deuotam orōeȝ: que ſm
Damaſcenū: eſt eleuatio mētis ī deū:
Au. Ammonemur ei cor noſtr̄ leua
re in deuȝ ne putreſcat ī terra. Et vn̄
inquis hoc poſſū? qui funes? que ma
chine vel ſcale? Audi. grad⁹ affectus
ſunt: iter tuū voluntas tua ē. Amādo
aſcendis. negligēdo deſcēdis. Stans
in terra: in celo es ſi diligas deū. Nō
enim ſic leuatur cor quō leuaṫ corp⁹.
Corp⁹ vt leneṫ mutat locum. Cor vt
leuetur voluntatē mutat. Quocūq̄
ei conuerterit ſe cor iuſti in terrenis
rebus amaritudinē inuenit. ⁊ vnde
dulceſcat non hȝ: niſi ſe leuet ad deū.
Q̄m tu dn̄e ſuauis. Caſſ. q: p⁹ ama
ritudinē huius mūdi dulcis es ad te
recurrentib⁹. ⁊ mitis. q: diu ſuſties
peccatores. ⁊ multe mie. i. copioſ⁹
es in mia. omibus inuocātibus te.
Hie. Q̄m his qui te puro corde īuo
cāt. mitem te p̄ebes: copioſaȝ miam
eis īdulges. Auribꝰ pcipe dn̄e orōeȝ
meā. Nic. loquiṫ de deo ad modum
homis: qui inclinat aureȝ ſuā ad illō
q̄d vult audire. ⁊ intēde voci depca
tiōis mee. dādo mihi effectum orōis
mee. Aug. Oratio tua ad deū. locutio
eſt. Qn̄ legis. d̄s tibi loquiṫ. Quandō
oras: deo loqueris. Quādo vanas no
xias et ſupfluas in orōe intermiſces
cogitationes: iniuria eſt eius cū quo
loqui inceperas. Sȝ quid? Deſpandū
ē g̃ de genere hūano: ⁊ dicendū iā ad
dānationem pertinere oēm homineȝ
cui ſurrepſerit aliqua cogitatio orāti.
⁊ interruperit orōem ipſius. Si hoc
dixerimus fratres: que ſpes remanet
nō video. Puta dicere deum. Quoti

enſcunq̄ ante me ſtetiſti tanta vana
et ſuperflua cogitaſti: ⁊ vix mihi ſtabi
lem et firam orōem feciſti: reſponde.
Tu autem domīe ſuauis es et mitis
tolerās me. Ex egritudine deffluo. cu
ra me et ſtabo. da vires firmas ⁊ fir/
mus ero. Reſpondeat deus et dicat.
Si vis vt pcipiā ⁊ figā ī aurib⁹ meis
orōneȝ meaȝ: pcipe ⁊ fige ī corde tuo
legem meam. Sequiṫ. In die tribu/
lationis mee. i. in toto tempore hu/
ius vite que plēa ē miſerijs. clamaui
ad te. Hug. Et hoc ſecure feci. q: ia
multotiens. exaudiſti me. q̄ es adiu
tor in tribulatiōibus. Et bene potes
me iuuādo exaudire. quia. Non ē ſi/
milis tui in dijs domīe: ⁊ non ē ſm̄ o/
pera tua. Hie. Nō reperiṫ ī ſimula
cris gētium qui ſic poſſit vt tu ope/
rari. Nic. Sequiṫ ꝓphetia de cōuer/
ſione gentium. Omnes gentes quaſ
cunq̄ feciſti. i. multi ex omnib⁹ gen
tibus per figuram hypbole. Hug.
venient. per fidem. ⁊ adorabūt corā
te domīe ⁊ glorificabūt. i. glorioſum
pdicabunt. nomē tuū. videlȝ chriſtia/
num. Q̄m magnus es tu. in potētia
⁊ faciens mirabilia. in actu q̄ nēo
pōt operari. Caſ. Quis eni vt ipe ce
lum terrāq̄ vel oīa que ī eis ſūt mo
mētanea poſſit celeritate pficere: aut
eorum exiſtētias ꝯtineṫ? tu es deꝰ ſo
lus. qui hec omīa facis. Ni. Allega
tionibus ꝓ exauditiōe petitionis ſue
decurſis: conſequenṫ format petitio/
nē ſuam dicēs. Deduc me dn̄e ī via
tua. i. ſ. fidei et mor̄ ſiue mādator̄ tu
